



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

Admodvm Reverendo In Christo Patri A Domino, D. Ioanni Rodero, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

ADMODVM

REVERENDO IN

CHRISTO PATRI AC DO-

MINO, D. IOANNI RODERO,

in signis Monasterij Hemmenrodensis sacri Ordinis

Cisterciensis Abbati Religiosissimo, Domino

ac Patrono suo, Iacobus Fischerus Harle-

minus salutem in Christo veram

exoptat.



RAECLARE de Republica Literaria
mereri illos, qui magni studio ac labore
comparatam variarum rerum notitiam,
non sibi solum seruare, sed aliis quoque,
transmissis ad posteros doctissimis libris,
eandem communicare student, Reuerende

Domine, notius est, quam ut fusius me id comprobare ne-
cesse sit. Quamquam enim non desint forte, quibus minus
probetur, tam multa ac varia quotidie, vtilia licet, prodire
noua volumina, quibus & ingenia obrui, & nimis sumpti-
bus liberalium artium & scientiarum studiosos grauari exi-
stimant: qui tamen rectius iudicant, Beati potius Augu-
stini, scio, sententiam comprobabunt; qui etiam de iisdem
questionibus ac rebus, plures à pluribus conscribi libros, di-
uerso stylo, non diuersa fide, vtile senset; non solum quod
difficile sit in omnium manus, que scribantur à singulis,
venire: verum etiam, quod qui vel minus intelligit, mi-
noriq; cum voluptate legit unum, forte melius affecuturus
sit, libentiusq; lecturus alterum, rem eandem aliis verbis
aliaq; meliùs explicantem. Nam quod in cibis, quibus hoc
corpus sustentatur, euenit, ut vnus idemq; vni eidemq;
homini placeat & displiceat; variè conditus & apparatus;
idem quoque in scriptis illis, quibus mens nostra pascitur,
occurrere certum est. Nonnulli siquidem res multis verbis
explicari, alij breuiter proponi, quidam non nisi ornata di-
ctione delectantur, alij simplicem amant. Vt ergo omnibus
fiat satis, cupit B. Augustinus, à diuersis etiam eandem rem

Lib. 1. de
Trinit.
cap. 3.

EPISTOLA

uariè pertrahari, eosq; censet laude dignos, qui suam in e
operam st. adiungunt. Sed non ù soli commune bonum
querunt, qui propriis scriptis in lucem edendis, aliorum u
tilitati consulunt; verùm etiam illi, qui veterum scripta,
que uel in obscuro latent, & à teneis ipsaq; ue vetustate sen
sim absumuntur, primùm in lucem & publicum proferunt;
uel si iam lucem aspexerunt, ab erroribus, quibus partim
scriptorum partim calographorum vitio plerumque sca
tent, expurgant: quorum labor eo censeri solet utilior, quo
libri ipsi plus commodi Dei Ecclesie adferunt. In quo ge
nere ut libenter primas partes deferimus iis, qui diuinitus
inspiratis sacris utriusque Testamenti libris nitore suo resti
tuendis incumbunt; sic non postremas censemus iis deberi, qui
veterum catholicorum Theologorum scripta curant quàm
emendatissimè euulgari. Ntismus verisimum est, quod B.

Epist. 19.
& III.

Augustinus tradit, ad D. Hieronymum & Fortunatianum
scribens, nullis etiam Catholicissimorum hominum scriptis
eum deferendum honorem ac timorem, quem Canonice di
uinarum Scripturarum libris: quorum cum DEVM so
lum authorem sciamus, nullam quoque omnino falsitatem

Hö. 15.
in He
xamerö.

in iis reperiri posse profiteamur: imò cum B. Basilio grandem
iudicamus blasphemiam, vel verbum unum dicere otiosum
in iis esse. Interim post diuinitus inspiratas sacras literas,
& Oecumenicorum Consiliorum decreta, magno semper in
honore apud Catholicos fuerunt veterum Theologorum scri
pta, quos merito lumina ciuitatis DEI cum B. Augusti
no vocare possumus. Vnde & utilem nauare operam iudi
cari sunt hætenus, qui horum libris ab interitu & erroribus
vindicanis student. Ex quorum numero fuisse Reuerendū
& Eximium S. Theologia Doctorem & ad D. Geonem
Colonia, dum viueret, Canonicum domicium Tilmannum
Bredembachium, cum alia eius studio & labore edita ve
terum scriptorum monumenta testantur, tum hi ipsi Ce
sarij Heisterbacensis Ordinis Cisterciensis Religiosi Dialo
gorum Libri abundè satis cõprooant, in quibus ille recogno
scendus, expurgandis, atque cum varijs exemplaribus conse
rendis, multum sanè laboris posuerat: sed cum iam penè ad
calcem peruenisset, DEVS illum ad eam vitam, ut speramus,
auocauit, in qua neque labor neque luctus; sed pro labore,
Christi

Libr. 1.
contra
Iulian.
cap. 2.
& l. 2.
ante
finem.

no vocare possumus. Vnde & utilem nauare operam iudi
cari sunt hætenus, qui horum libris ab interitu & erroribus
vindicanis student. Ex quorum numero fuisse Reuerendū
& Eximium S. Theologia Doctorem & ad D. Geonem
Colonia, dum viueret, Canonicum domicium Tilmannum
Bredembachium, cum alia eius studio & labore edita ve
terum scriptorum monumenta testantur, tum hi ipsi Ce
sarij Heisterbacensis Ordinis Cisterciensis Religiosi Dialo
gorum Libri abundè satis cõprooant, in quibus ille recogno
scendus, expurgandis, atque cum varijs exemplaribus conse
rendis, multum sanè laboris posuerat: sed cum iam penè ad
calcem peruenisset, DEVS illum ad eam vitam, ut speramus,
auocauit, in qua neque labor neque luctus; sed pro labore,
Christi

DEDICATORIA.

Christi nomine suscepto, sempiterna quies & gaudium nūquam finiendum tribuitur. Ne verò tanti viri pia studia perirent, scdulo curatum est, ut quod deceat his libris recognoscendis & illustrandis, ab ijs qui non tam privata sua, quam Reipublica commoda quaerūt, haud minori industria suppleretur. Licet enim minus ornata sit dictio Caesarij, magnū tamen hac eius scripta ad permouendas mentes catholicorū, eorum praesertim, qui pietatis atque virtutis studio flagrant, momentum habent; quia varus exemplis ac miraculis, tam ea quae ad fidem Catholicam pertinent, quam quae ad conformandos fidelium mores voluntati diuinae, scdulo inculcat. Neque parua scriptoris censeri debet auctoritas, quam nō solum antiquitate, quippe qui ante quadringentos penē annos vixit; sed & eruditione apud Orthodoxos omnes optimo iure obtinebit. Verū pluribus, R. D. te non distinebo, quod & alijs implicitum arduis negotijs sciam; & quae de auctore, eiusque hu scriptis adferri possent, fusè satis in ea, quae ad lectorem subicitur, epistola, commemorentur. Quod verò hunc Caesarium ad te mittendum putarim, fecit primū virtus illa eximia, qua tui ordinis tū Prælatus quā subditis egregiè praeluces, de qua plura me scribere volentem modestia & animi tui submissio prohibet. Deinde ipse Caesarius, qui vestrum hoc Hemmenprodense, cui cum laude praesides, monasterium mirificè predicat, & tanquam parentem Heisterbacensis sui cœnobij impensè veneratur, virtutes Religiosorum eius prolixè persequens. Deniq; ni ingrati animi turpissimam notam inuri mihi velim, opus hoc, meum in ius translatum, ad alium destinare non potui, quā ad eum, cuius tanta in me, hominem peregrinum, extant merita, quanta vix à sanguine mihi coniunctissimis sperare licuisset. Nam integro penē decennio, dum à dulcissima patria exulo, quod & bellis feruissimis externa, & haeresibus immanissimis animarū eius vastentur bona, non tantum suauissimum mihi hospitium liberalissimè concedis, ac fouere per amanter pergis; verum etiam, quo ornares quocq; ad Doctoratus in Theologia gradum euexisti: pro quibus sanè beneficiis, cum gratiam referre nequeam, saltem animum beneficiorum memorem declarare debeo, quod dum vixero, DEO adiuuante, facere

EPISTOLA DEDICATORIA.

eere non intermitam. Accipe itaque dignissime Domino
Abbas hoc Casarij monumentum, pignus non modò obser-
uantia ac amore in me tui; sed & testimonium gravissimè
antiquitatis, & religiosa disciplina Monasterij huius, cu-
ius non minori cum fructu, quàm laude, gubernacula tenes,
& si quando à curis grauioribus quia superstet tempore, etus
te lectiōne utiliter oblecta, tuisq; subanis, ut ex eodem fru-
ctus vberes percipiant, legendam trade. DEVM oro, ut
R. F. quam diutissimè huius sua Religiosa familia, adeo-
q; toti Ecclesie, seruari aiguetur inuolumentum, ad diuini no-
minis sui immortalem gloriam, multorumq; afflictorum
consolationem, ac salutem sempiternam. Hemmerodij, à
pari gloriosissima Virginis, anno millesimo, quingentesi-
mo, nonagesimo, Mensis Octobris die vicesimo primo.

AD

